li- um, qui be- á- ti Hyacínthi depóscimus pa-



tro- cí- ni- um.

DOMINICA INFRA OCTAVAM ASSUMPTIONIS.

S. JOACHIM CONF. PATRIS B. MARIÆ V.

TOTUM DUPLEX.

Cantetur Hymnus Iste Conféssor. ut in Festo Solemni.

Oratio.

DEUS, qui, præ ómnibus Sanctis tuis, beátum Jóachim Genitrícis Fílii tui patrem esse voluísti : concéde, quæsumus, ut cujus festa venerámur ✠ ejus quoque perpétuo patrocínia sentiámus : Per eúmdem.

DIE XVII. AUGUSTI.

B. ÆMILIÆ BICCHIERI VIRG. ORD. PRÆD.

DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui beátæ Æmíliæ Vírgini tuæ terréna cuncta despícere, et te solum quærere tribuísti : ejus méritis et intercessióne concéde ut spretis peritúris illécebris ✠ te toto corde diligámus : Per.

EADEM DIE.

Ad Memoriam de die Octava S. Laurentii M., in j. Vesperis Antiphona Beátus Lauréntius, dum in cratícula., pag. 639.; ℣. Glória et honóre., ibidem; Oratio Da nobis, quæsumus omnípotens Deus, vitiórum nostrórum flammas exstínguere., pag. 641.; in ij. vero Vesperis, Antiphona Levíta Lauréntius., pag. 640.; ℣. Glória et honóre., Oratio Da nobis., ut supra.